

h. 118, 37.

(3.)



MEMORABILIA
QVAEDAM
SALFELDIAE CIVITATIS
III. RECENSERE
PER GIT
ET
SIMVL
AD
SCHOLAE LVSTRATIONEM
A. D. XIX. MAI.
FVTVRAM
EXCELLENTISSIMOS
AC
SPECTATISSIMOS
INSPECTORES
PATRONOS
AT QVE
FAVTORES
INVITAT
IO. MELCHIOR LOCHMAN
RECTOR.
SALFELDIAE, LITTERIS WIEDEMANIANIS.

MENDELSSOHN

SATIRE DI UN CIVILE

IN SEIZER STÜCKEN

MIT EINER VORWORTS

UND EINER ERKLÄRUNG

DER SCHRIFTEN

ADOLPH MENDELSSOHN

EIGENTLICHES

BIBLIOTHECA

PONICKAVIANA

INSPEC

PATER

2000

AVTA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK

HALLE (SAALE)

1791

IO. MELCHIOR IOACHIMUS

REUTER

PRINTED IN HANOVER W. T. D. WAGNER

BY THE FIRM OF W. T. D. WAGNER

1791

1791



Quoniam fuerunt, qui in indaganda origine Salfeldiae ciuitatis monumentum illud Erfordiae repertum nobis non fuisse negligendum dicerent; iam ipsam lapidis inscriptionem adjicere, et quae iure contra dici possunt, breuiter addere lubet. Est vero haec:

LVLLVS ANGLVS NATIONE DIACONVS ECCLESIAE MOGVNTINENSIS OPPIDVM SALFELDIAM IN HONOREM R. VITI ET BONIFACII AMPLIAVIT ET MVNIVIT ANNO CHRISTI REDEMTORIS ET SALVTIFERI DCCLXIII.

Ex dissensu Sagittarii in Antiq. Duc. Thur. L. II. C. III. §. IIX. et Schlegelii in Schediasm. de Num. Salfeld. cum ille lapidem Erfordiae in monte S. Petri, hic in Mariae fano repertum dicat, item, vti Verpoortenius fecit in Initii Salfeldiae, non dijudicauerim. Recte vero hic ipse monuit, DCCLXIII Lullum non amplius Diaconi sed Archiepiscopi Moguntini munere fundatum fuisse, vrbiunque muniendarum potestatem tunc temporis penes Episcopos fuisse negat. Accedit, quod Pipinus adhuc vixit, cuius aetate anni a Christi nativitate raro numerati sunt, et ipsa, quibus usus est artifex, verba, plane incultum monachi cuiusdam ingenium redolent. Haec in causa fuerunt, cur monumentum Erfodianum silentio prætereundum putauimus.

Succedant huic argumento, alio loco pluribus exponendo, litterae Honorii Pontificis, quibus Benedictinorum monasterio, extra Salfeldiae moenia in Petrino monte olim sito, concessa beneficia confirmauit. Sequemur, vti nuper monuimus exemplar Aquilinum; ita tamen, vt varias lectiones ex Libri Salfeldiogr. Schlegelii Sched. de Numis Salfeld. Hoennii His-

stor. Coburg. et Schamelii descript. Monaster. subjiciamus. Sane sibi sapere yisus est Aquila, si diphthongis loco vocalium simplicium, quas sine dubio in autographo reperit, et Hoen-nius recte retinendas arbitratus est, vteretur.

¹Confirmatio Honorii ²P. P. ³supra abbatiam et ele-
ctionem Abbatis in Salvelt secundum quod institutum
est a Patre nostro ⁴Annone et a ⁵Sifrido Archiepiscopo
Moguntino, et incorporatio super Parochiam Nauho-
fen et Crölip et quod nullus in territorio ⁶dominii Orla,
vel ⁷in iurisdictione domini Abbatis ⁸Ecclesiam sine con-
sensu domini Abbatis fundat, sive consecrat, neque ca-
nes pascantur, nec venatoribus stipendia dentur.

Honorius Episcopus seruus seruorum Dei ⁹charis-
simi in Christo filio ¹⁰Walthario Salfeldensi Abbatii, et
omnibus post eum ¹¹regulariter promouendis in perpe-
tuum.

¹²Quoniam dignitas et auctoritas Apostolicae sedis,
¹³cui domino dispensante praesidemus ad hoc ¹⁴maxime
spectat, vt vniuersae ecclesiae per totum mundum inde
¹⁵prospiciatur, et cunctae congregations et ¹⁶loca san-
ctorum per illam disponantur ¹⁷et stabiliantur ac defen-
sentur, ¹⁸notum facimus omnibus filiis nostris cunctis
scili-

1. Hanc epigraphen, quae sine dubio ex ingenio monachi cuiusdam, cui tabu-
larii cura demandata fuit, prodiit, vt, vel ad finem inepta verborum consecratio
doceat, praeter Aquilam Libius habet et Schamel. 2. Papae II. 1 ib. 3. super
Lib. 4. Hannone idem. 5. Sigefrido idem. 6. domini exfular a Lib. MSC.
7. in deest ap. Lib. 8. ecclesiam fundat desiderantur ap. eundem. 9 karissi-
mo Hoen. 10 Wathario Hoen, adjecta voce Walthero, vncellis inclusa,
Schleg. Walthero. 11. regulariter deest ap. Lib. et Scham. 12. Lib. Schleg.
et Scham. Quando. Hoen. Quemadmodum. 13. Hoen. Quam Deo dispensan-
te possidemus. 14. Scham. maximum. 15. prospiciat Hoen. 16. loci Schleg.
17. stabiliantur — defens. desunt, ap. Hoen. 18. Hoen. notum habebis omni-
bus. 19. apud

scilicet fidelibus Christi¹⁹ et volumus pro remedio animæ nostræ, et pro²⁰ intercessione sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, ut locus eorum et²¹ Abbatia, quae vocatur²² Saleveld ita permaneat, et confirmetur secundum quod eam instituit Venerabilis Anno Archiepiscopus coloniensis constructor eius et cooperator eius Sigefridus²³ Moguntiensis Archiepiscopus, in cuius²⁴ Parochia sita est super fluuium, qui²⁵ Sala dicitur. Volumus²⁶ ergo et sub interminatione perpetui anathematis constituiimus et praecipimus, ut locus ille perpetua pace sit stabilis et quietus, et ab omni²⁷ violentia et ab omni²⁸ perturbatore et inuasore tutus et munitus. Monachi, qui²⁹ in ibi³⁰ sunt, secundum³¹ regulam S. Benedicti viuant, et secundum³² consuetudinem Coenobii Sigebergensis et habeant liberam Electionem de Abbatे suo,³³ si fuerit inter eos, qui dignus sit esse Abbas, eligant eum. Si autem³⁴ de Coenobio Sigebergensi, vnde consuetudinem habent Abbatem accipient, quem et constitutum nullus ad aliquod curiale³⁵ seruitium constringat. Res et possessiones ipsius loci, quas venerabilis Anno vel ali Episcopi et fideles illuc tradiderunt, et³⁶ adhuc tradituri sunt³⁷ autoritatis nostræ Banno confirmamus. Parochiam, quae dicitur³⁸ Nuinhouen et Parochiam

E 3

19. apud Hoen. etiam. 20. Scham. interesse. 21. Hoen. Abbacia. 22. Lib. Salefeld, sic et scham. 23. Moguntinensis Hoen. et Scham. 24. Parochia Hoen. 25. dicitur Sala Schleg. et Hoen. 26. Hoen etiam. 27. sicut Hoen ceteri violatione, 28. ceteri perturbatione, 29. sic et Hoen. cet. ibi. 30. deest ap. scham. 31. regulas Hoen. 32. consuetudines idem. 33. si dignus sit, qui inter eos fuerit; eligant, Hoen. 34. sic et Hoen. ceteri fin autem non 35. deest apud Hoen. 36. me legit Schamel. 37. autoritate nostri banni est ap. Hoen. 38. Zeinhoffen Lib. Nuinhoffen. Schleg. Neu- enhoffen Hoen.

39. Lib.



chiam quae dicitur³⁹ Crolup et alias omnes Parochias et Ecclesias, quae sunt in illa terra locus ille sub iure suo firmiter habeat, sicut venerabilis Anno dispositus, et nullus in illa prouincia vel⁴⁰ Ecclesiam construat, vel consecret sine Abbatis consensu. Et⁴¹ quoniam gens illius terrae prius quam⁴² eam Venerabilis Anno Archiepiscopus per illud coenobium, et per alias quas construxit Ecclesias, aggressus est, pagana fuit, et adhuc semipagana videtur, concedimus et damus auctoritatem, sicut idem Anno⁴³ Archiepiscopus et Sigefridus Archiepiscopus testamento sanxerunt, ut Abbas illius loci, et monachi, quos ad hoc⁴⁴ procurauerit, habeant ibi potestatem praedicandi verbum⁴⁵ Domini, baptizandi, sepeliendi, infirmos visitandi,⁴⁶ confessiones percipiendi, ut scintilla Christianitatis, quae per eos adhuc⁴⁷ ibi viget nequam extinguiatur, sed magis ac magis ad honorem sanctae ac summae⁴⁸ et indiuiduae Trinitatis accendatur. Montem, qui dicitur⁴⁹ Choburg cum omnibus praediis ad eum pertinentibus Monachi Salveldenses possideant, et villam quae dicitur⁵⁰ Scurinueldin et aliam⁵¹ quae dicitur Sidemaresdorp et mercatum⁵² quod est in⁵³ Moyerim et praedia cuiusdam⁵⁴ Reginoldi quae prope ad XII. mansos ibi habent, et alibi villam⁵⁵ vnam quae dicitur

39. Lib. Crölup. Crolup, et Schada, Hoen. 40. Ecclesia Scham. 41. quemadmodum Lib. Schleg. Schamel, quoniam etiam Hoen. habet. 42. tam est et apud Hoen. desideratur ap. Lib. et Schleg. 43. Episcopus Scham. 44. sic et Hoen. ceteri procurauit. 45. ceteri Dei. 46. omisit Hoen. et loco et habet et. 47. ibi omisit Schleg. 48. ac Libius. 49. Coburg Lib. Coburg Hoen. 50. Lib. Seurinueldin. Schleg. Seurinueldin, Hoen, scheuerfeld. 51. quae dicitur deest ap. Lib. et Scham. 52. qui Schleg. 53. Moyerim Lib. cetera Hoen, Meyders. 54. Reginoldi Hoen.

55. Guane

citur Ilmina cum molendino et omnibus utilitatibus suis. Nemus et siluam quae quondam ad Cameram pertinuit, sicut Archiepiscopus Anno ⁵⁶ contradidit ita habeant cum omnibus villis et noualibus ⁵⁷ inibi ⁵⁸ elaboratis, ⁵⁹ et si quis a temporibus eiusdem Annonis Archiepiscopi usque nunc aliquod ibi nouale sine Abbatis licentia ⁶⁰ usurpareuit, vel deinceps usurpare voluerit, ⁶¹ ni resipiscat, et nisi ⁶² sanctis Apostolis Petro et Paulo et eorum Monachis sua recognoscat, sit Anathema in perpetuum. Similiter et de illis censemus, qui decimam illam, quae per terram ⁶³ datur de singulis mansis cum duobus tantum modiis vel afferre vel subtrahere ⁶⁴ voluerint monachis illis, ⁶⁵ quia specialiter dos Monasterii est, et cotidiana ⁶⁶ Domino militantium ⁶⁸ inde sunt ⁶⁹ procurata stipendia. Nullus ergo Episcopus, ⁷⁰ nullus Episcopi ⁷¹ villicus ⁷² nullus miles amplius de illa decimatione se intromittat, si voluerit Ecclesiae matris gremio confoueri. Interdicimus etiam in nomine patris et filii et Spiritus Sancti, ut in bonis monasterii secundum consuetudinem prouinciae illius neque canes pascantur, neque stipendia venatoribus dentur, nec Episcoporum nec aduocatorum nec aliorum quorumlibet hominum violentia locus ille grauetur et opprimatur. ⁷³ Insit ibi vinea Domini ⁷⁴ Sabaoth, quae per nos et successores nostros

^{55.} Enam deest ap. Lib. Schleg et Scham. ^{56.} conuentui dedit Hoen, contradicit Scham. ^{57.} ibi Scham. ^{58.} elaboratis deest ap. Hoen. ^{59.} est Scham. ^{60.} usurparevit Schl. ^{61.} nisi Hoen. ^{62.} Sanctis deest ap. Hoen. ^{63.} illam adjec. Hoen. ^{64.} voluerit Hoen. ^{65.} quod Hoen. ^{66.} cotidiano Scham. ^{67.} Deo Hoen. ^{68.} inde deest, ap. Lib. Schl. et Scham. ^{69.} procuranda Hoen. ^{70.} parata Scham. ^{71.} filius Hoen. ^{72.} nullius Hoen. ^{73.} Cum sit Lib. et Schl. Ut sit Hoen. ^{74.} Zebaoth Hoen.

75. muni-

518 o 518

nostros⁷⁵ munita et septa sit intus et foris, vbi Martha possit ministrare, vbi Mariae detur vacare, et videre⁷⁶ quoniam suavis est dominus, vbi gloria in Excelsis Deo et in terra pax hominibus bona voluntatis et⁷⁷ pro nobis et pro omni populo Domini et nostro saepius et⁷⁸ audiatur et⁷⁹ percantetur. His⁸⁰ constitutionibus et illud⁸¹ subjecimus et auctoritatis nostrae banno cunctis fidelibus notificamus, quod quidam ingenuus vir⁸² nomine Adelbertus de⁸³ Conice⁸⁴ et vxor eius nomine Christina pro remedio animarum suarum et⁸⁵ parentum⁸⁶ et affinium suorum tradiderit Domino et Apostolis eius Petro et Paulo ibi in Salevelde praedia sua quaecunque⁸⁷ habuerunt in⁸⁸ illa terra, quae dicitur Orla videlicet in⁸⁹ Conice in⁹⁰ Buoche in⁹¹ Brisennice et in⁹² Quezinn et alibi vbi cunque jacent, cum⁹³ omnibus⁹⁴ appendiciis et utilitatibus suis viis et⁹⁵ inuis exitibus et redditibus, agris et siluis, terris cultis et incultis, aquis, aquarum⁹⁶ decursibus, molendinis, pratis, pascuis et familiis. Haec omnia eo jure tradiderunt, ut quicunque est Abbas Salefeldensis habeat sub manu sua ipsorum bonorum advocati, et cuicunque voluerit committat⁹⁷ eam sine beneficio et sine alicuius haeredis successionem et ex ipsis bonis⁹⁸ nullus habeat beneficium praeter eos homines,

qui

75. munita et non extant ap. Hoen. 76. quam ceteri. 77. pro nobis et def. ap. Scham. 78. auditur Lib. 79. percantatur Schl. saepius precantatur Hoen. percontatur Scham. 80. consuetudinibus Scham. 81. adjicimus Scham. 82. nomina deest ap. Hoen. 83. Conico Lib. et Schleg. Konz Hoen. 84. ex Schleg. 85. parcutum Scham. 86. et — et def. ap. Hoen. 87. habuerint Lib Schl. Scham. 88. illa deest ap. Hoen. 89. Cönitz Lib. et Schl. König Hoen. Coniza Scham. 90. Bouchio Lib. et Schl. Buche Hoen. Buchio Scham. 91. Brisennice Scham. 92. Guezina Hoen. 93. omnibus deest ap. Hoen. 94. appendiciis et defunct ap. Scham. 95. in viis Scham. 96. decisionibus. Hoen. 97. ea Lib. Schl. Scham. 98. nullis Hoen.

99. ita

qui excepti sunt cum suis beneficiis quando ista facta est delegatio. Qui autem ex familia⁹⁹ ita¹⁰⁰ traditi sunt, ut vocentur¹⁰¹ seruientes sint liberi ab omni aduocatorum oppressione, et habeant jus suum secundum eos seruientes, qui sunt ex Abbatia¹⁰² S. Michaelis in Siegeberg, et ex Abbatia S. Panthaleonis in Colonia. Qui autem ita delegati sunt, ut sint sicut¹⁰³ fuerunt tantum ex familia, tali iure potiantur,¹⁰⁴ ut quicunque eorum¹⁰⁵ culpabilis in iudicio pronunciatur cum XXX. tantum denariis¹⁰⁶ emendetur et eorundem denariorum mediatem, h.e. XV. persoluat. Ipse vero praenominatus miles A delbertus et coniux eius Christina habeant aduocatiam ipsorum praediorum, et ipsa praedia cum omni utilitate¹⁰⁸ sua quam diu viuunt, nisi sponte voluerint ea dimittere. Post mortem autem amborum Abbas et fratres sui ea libere et potestatiue possideant in Elemosinam et utilitatem monasterii et pauperum et¹⁰⁹ hospitium Christi. Si quis¹¹⁰ haec infringere vel violentiam aliquam his decretis inferre voluerit, sciat,¹¹¹ se per autoritatem Apostolorum Christi Petri et Pauli, et per nostrae potestatis bannum anathemate et igne perpetuo cum omnibus inquis et raptoribus et inuasoribus¹¹³ damnatum, nisi cito poenitentia digna commotus resipiscere curauerit.

Data Laterani VI.¹¹⁴ Kal. Martii per manum
Dilmarii Cancellarii et¹¹⁵ Bibliot. Sanctae

F

Ro-

^{99.} ita deest ap. Schleg. ^{100.} editi Hoen. ^{101.} Seruientes — Seruientes desunt ap. Scham. ^{102.} S. — S. defunct. ap. Schl. ^{103.} fuerint Lib. Schl. ^{104.} pro tali leg. ecclesie Hoen. ^{105.} et Hoen. ^{106.} culpabiliter Hoen. ^{107.} emendet Hoen. ^{108.} sua deest ap. Lib. Schl. et Scham. ^{109.} hospitiu. Lib. Schl. Scham. ^{110.} hanc Lib. Schl. Scham. hoc Hoen. ^{111.} semper leg. Schl. ^{112.} nostrum Scham. ^{113.} damnandum ceteri. ^{114.} Vial Hoen. ^{115.} Dilmarii Hoen. ^{116.} Bibliotheca.

Roman. Ecclesiae anno ab incarnat. Domini
cl^oc XXVI. Indict. III. Pontificatus Domini Ho-
norii P. P. II. Anno II.

Infra manu Aquilae scripta sunt, quae sequuntur: Haec bona fide descripta sunt ex Autographis studio et opera M. Davidis Aquilae Pastoris et Superintendentis Ecclesiae Salueldensis Anno Christi 1603. 28. Martii.

Inter Memorabilia Salfeldiae ciuitatis referimus adhuc ad annum nonum seculi sexti decimi patrocinium Academiae Wittebergensis, quod inter alios in se suscepit Georgius, Abbas Salfeldiensis, cuius mentionem facit Sennertus in Athenis p. 27. his verbis:

Sub-Conferuatorium Abbatis Salfeldensis.

Georgius, Dei gratia, Abbas monasterii S. Petri Salfeldensis, etc. Dnn. Praeposito, Decano, Scholastico et Cantori Ecclesiae Collegiatae omnium Sanctorum in Wittenberg, nec non Decano Collegiarum Ecclesiarum in Zerbst vices suas committit, quod ad executionem literarum Apostolicarum, Iulii Papae. Dat. Salfeld in monasterio et abbatia ibid. Anno 1509. 12. Septembr.

cl^oc XXXV.

Direpto Benedictinorum monasterio, Senatus Nudipedum domum inuestigauit, bonorumque commentarium ad Electorem misit his verbis: *Die Keynod der Barboffen Moenche hier zu Salfeld haben wir beschriget und eigentlich inuenturen lassen, und dy ins Radts Geworsam genommen, bis so lange Ewr. Fürstl. Gnaden uns Befehl tbun vvie binfürder damit soll gehandelt werden, und schicken E. F. G. hierüber des Inneniariums eine Copey, vvie denn E. F. G. diese von uns begeht bat, and seyn E. F. G. allezeit mit unterthaenigen Geborsam zu dyn willig.* Dat. Mittwoch nach Iudica Anno 1525.

E. F. G.

unterthaenig gehorsamer
der Rath zu Salfeld.

cl^oc XXXVI.

cl^oDXXVI.

Salfeldiae Casimirum Marchionem Brandenburgicum conuenisse Landgrafium, et quae tunc temporis decreta sint, commemorat Seckend. in Hist. Lutheranismi. L. II. §. 15. add. r. Eodem anno Georgius Abbas per donationem inter viuos bona monasterialia tradidit Comiti de Mansfeld.

cl^oDXXVII.

Duo Senatores cum Bartholo, qui a Scriniis senatus fuit, Wittenbergam ad Lutherum missi sunt petitus, ut Salfeldiensibus Casp. Aquilae opera ad docendam veram religionem vti liceret. Libius quidem anno demum 1529. ad munus suum accessisse refert Aquilam, sed cum hic in praefatione Catechismi, quem Nobili de Brandenstein 1547 dedicauit, se iam viginti annos iuuentutem ad pietatem formasse dicat, facile apparet, quo anno ad Salfeldienses accessitus sit.

Aquilae vitam 1718. M. I. Auenarius in epistola ad Io. Martin. Schamelium delincauit; vberius eam exposuit Io. Gottlieb Hillingerus 1731 in libro, quem Memoria Aquilina inscripsit; luculentissime vero Christian Schlegelius in *dem ausführlichen Bericht von dem Leben und Tod Caspari Aquilae*, qui liber quaternis prodiit Lips. et Francof. 1737. Hic potissimum ex Eberi Calendario, cui Dauid Aquila, Caspari filius multa singularia de patre suo adscripterat et ex schedis G. Friderici Aquilae, Caspari nepotis vitam aquilinam exornauit. Quam quidem exactiorem nobis sine dubio exhibuisset, si et vti potuisset bibliis ipsius Aquilae, quae hic dono acceperata Nobili a Dolzig, vbi iste ad finem cuiusque fere libri adiecit, quae iucunda sibi, quae tristia, et quando, acciderant. Meminit quidem eorum Schlegelius p. 149. Sed, quae in libri titulo ad laudem Aquilae a Lutheri manu putat scripta, non huius sunt, sed Dauidis Aquilae, et ita legenda: Testimonium Lutheri de charissimo meo patre (non puta, vt habet Schleg.) M. Casp. Aquila, Pastore, et Superintendentе Ecclesiae Salueldensis diligentissimo lectorе scriptorum propheticorum et apostolicorum: *Wann die Bibel verbrannt vvere oder auf der Welt nit mehr zu finden vvere, so vrolit ich sie bei*

bei dem Aquila finden. Nobilis a Dolzig autem , praefectus Salfeldiae ciuitatis , et dominus castelli , quod a Sorabis nomen duxisse putatur , remunerandum sibi esse Aquilam propterea arbitratus est , quod pro ipsius in Angliam profecti salute vota nuncupauerat . Litterae quibus id rogatus est , hae sunt . Er Hanns vonn Dolzigg etc. etc. Ist vvidderumb in Engeland zu raiffenn abgesertigt . Als hab das ich bei erzliebenn Predigern des heilsamen Gotblin chenn worts , doch in silentio bestellung iban solde , damit in gemeine mit dem heiligen gebet vor ein person vilche in fremden landen gebetben vverden mochte , das der Almoechtig sein gotlich gnade gnediglich verleiben vvolde , das durch dieselb vnd andere personen das vilch zu Gotblich ehr vnd Gloris geraischenn magk ausgericht vverde . Amen ! Derovvegenn mein dinstlich Bitt Ir vvollet solchs wie Ir vvol zu thane vvisset , dem Herren Aquila vermelden , Ine doneben bitten das er solchs aburmeldt , in der gemaine mit vleiss errinnern vvolle , des sohl er vber Gotbliche belebning , mit einer presentz davor ich bürge sein vwill , versében vverden , vvollet solchs nebenn dem herren Aquilain geheim balden und die person für vvelche das gebetb fonderlich geschildt , nicht offenabren . In parte aduersa haec : Manus est Ioan. Castiners Renthschreibers . Bis autem Nob. a Dolzig legatus Saxonis petiit Angliam , 1539 primum Aprili mense aduenit v. Seckend. Hist. Luth. p. 225. deinde mense Nouembri ex conuentu Arnstadiensi missus p. 217. Decembri mense missum dicit Sleidanus , et quidem eum in finem , vt Saxonie Electorem repraesentaret in nuptiis Annae Cluiensis cum rege Angliae celebrandis , et cum hoc de religione consilia communicaret . P.I. p. 323. ed. Schadai.

c)DXXVIII.

Schaererus , qui hoc anno ob veram , quam Radstadii professus erat , religionem detruncatus igneque combustus est , inter claros quidem Salfeldienses a Libio , vt et ab Hillingerio in Memoria Schaeereriana numeratur ; sed Salfeldae (*Salfelden*) in agro Salzburgico natum fuisse praeter alias docuit Philalethus Euangelicus in dem Salzburgischen Denkmahl .

Cum post mortem Thunauii Abbatia vacaret , et Balthasar de Waldkirchen ab Hermanno Archiepiscopo Coloniensi per

45

per litteras Abbas renuntiatus esset; restitit Ioannes Saxoniae Elector et non proxime sub Imperio esse abbatem sed ex se dependere docuit. vid. Struv. Pol. Archiv. II. p. 99. Idem Hermannus d. 23. Sept., vt Episcopus Hildesiensis simul et Abbatiae Salfeldi praeesset, significavit. v. Lünig. Spic. Eccl. Cont. L. p. 114.

cic DXXIX.

Caspar Aquila in Superintendentis munus solenniter inauguratus est ab iis, qui, vt res sacras investigatas in ordinem redigerent, legati fuerant, nimurum ab Eobaldo a Brandenstein, Christoph. a Planitz, Georg. Spalatino, Antonio Musa; neque minus Salfeldiae vt et Numburgi, Rodacique, quid faciendum esset, si Imperator duriter ad rogata responderet, consilia inita sunt. v. Seckend. in Hist. Lutheran. ad ann. 1528. p. 102. Schlegel in Vita Spalatinū.

cic DXXX.

Ad comitia Augustana litteris Bononiae d. 21. Ian. impensis, Salfeldiae d. 27. Febr. redditis ab Imperatore euocatus est, qui Abbas fuerat, et iam 1528. obierat diem suum (v. Struv. Pol. Arch. P. II. p. 101.) Thunauus. Cur den Ebrvvürdigen seinen und des Reichs Eunßen und liben andaebtigen Abren des Gottesbaues Salfelden appellauerit, facile colligi potest. Die Mercurii ante Pascha Lutherus praesente Electore in S. Ioannis aede et postridie Graefenthalii concionatus est. v. Coelest. Hist. Comitior. p. 30.

cic DXXXI.

Hoc anno siluam (nigram cognominarunt, vbi olim Sorabia iudicia sua exercuerant, vnde *Kofel* (germ. *Kößel*,) in eorum vernacula (lat. iudicium) silua illa appellata est. (v. Beytraege zur Historie der Chur u. F. Saechs. Lande P. VI. p. 135.) quae Abbatis fuerat, aere suo sibi comparasse ciuitatem Libius auctor est.

cic DXXXII.

Cum Reinholdus et Io. Rentsch Consules essent, Sala extra

F 3

ripas

ripas difluxit ita, ut et pons lapideus facta ruina sequenti anno refici debuerit. Lib.

CIO DXXXIII.

Fidem suam adstrinxerunt ciues cum senatu Ioanni Friderico, qui beneficia iis concessa rata habuit.

Denuo inquisituri in religionis statum, ipsorumque, qui eam pro concione docerent, mores, accesserunt, sententiamque Aquilae de mortuis in posterum extra portam paganam (Dara Pforte) sepeliendis vna voce et consensu approbauerunt.

Hoc anno Io. Fridericus Elector cum a Comite de Mansfeld, quae ad Abbatiam pertinuerant, redemisset, per se et Io. Ernesti pupilli sui nomine Erhardum ab Enzenberg de censibus, quos se habere in pago Breterniz professus erat, in fidem recepit.

Calendis Februar. Imperator Ioannem Archiepiscopum Lundinensem per libellos renunciauerat abbatem Salfeld.

CIO DXXXIV.

Scholaстиci, cum praceptoribus, tum discipuli, qui anteā prope Ioannis aedem conuenerant, in domum Nudipedum migrarunt, quorum ex numero quinque adhuc fuere superstites, qui in postica domus parte delituerunt. Rectores Sagittarius hoc ordine recenset

1. Jacobus Sigel.
2. Martinus Werner.
3. M. Ludouicus Valerius.
4. M. Paulus Faber.
5. M. Dauid Aqila.
6. M. Fridericus Koch.
7. M. Adamus Bysander.
8. M. Jo. Groba.
9. M. Erhardus Wendler.
10. M. Jo. Rüdiger.
11. M. Samuel Haunschild.
12. M. Jo. Sauer.
13. Dauid

13. Dauid Heumann.
 14. M. Jo. Schuchmann.
 15. Caspar Sagittarius.
 16. M. Christian Zeidler.

cl^oXXXVI.

Philippus Melanchton ad senatum litteras dedit, quae sequuntur: *Meine wwillige Dienst zuvor, Erbare vveise günstige henn und Freund. Als ich kurtz an E. W. fur etliche Jungen, vveliben E. W. hilf zu studio ein zeitlang gethan, geschriften hab, ist bernach zu mir kommen Iohannes Pfrund auch eines Bürgers Son in E. Stat, und bat mich gebeten, ihn E. W. zu commandiren darauf ich ihn von seinem furnehmen und studio fleißig gefraget, denn ehr ist elter denn die andern, So vveiss ich dasi ehr vor einen Jar angefangen in jure zu studiren, zweil ich denn vernommen, dass Ehr darin, nehmlich in studio juris gern fortfahren wvolt, und mich bedünkt, er sey zu diesem studio geschickt, bitt ich E. W. wvolle ihm auch noch etlich Jar hilf thun, denn zu kosten, ehr vverde etwa mit der Zeit auch der Stat dienen koennen, So hoer ich, dasi er von den Seinen sich in studio nicht erhalten koenne, Evr Weissheit, als die verständigen vvisser dasi man Leut aufzihen muss, und ist hierinn billig zu achten, dass dens ienigen so von Natur zu einem studio gesückt. Fürderung geschebe: derhalb ich für gedachten Iohann Pfrund auch zu bitten verursach, und bitt E. W. wolle mein Schreiben freundlich vertheilen. Gott bevvabre E. W. allezeit gnädiglich. datur Wutenberg. Montags nach assumptionis Mariae Virginis 1536.*

*Den Erbarn und vveisen Hn. Bürgermeistern und Radt zu Salveldt,
 meinen gunstigen Herrn,*

cl^oXXXVII.

Cum adhuc vhus Diaconus tantum fuisse, iam alterum locum obtinuit Ioaannes Schutzlach: neque minus et aegrotantium, qui pauperes essent, cura habita est, dum Georgius Pfalerus cum vxore

cl^oXXXVIII.

Quingentos florenos ita leguit, vt medicus ex vfuris decem quotannis acciperet, quae autem residua essent ad aegros reficiendos adhicerentur.

In

YD 5392 A
48 318 o 316
In Schola Johanni Gerhardo Baccalaureo successit M. Christophorus Encelius, qui sequenti anno se munere abdicavit, et postea Osterburgi, ubi Parochus fuit scriptis Chronicon der Alten March Brandenburg.

Sed cetera alio loco. Nam INSPECTORES EXCELLENTISSIMOS SPECTATISSIMOS QVE, PATRONOS atque FAVTORES, ut solenni scholae lustrationi beneuole interesse velint, etiam atque etiam rogamus.

Dab. A. D. XIV. MAII.

Conspēctus Lectionum.

- I. Cant. O GOtt du frommer GOtt,
- II. Theol. I. et II.
- III. Lat. I.
- IV. Lat. II.
- V. Histor. I. et II.
- VI. Lat. III.
- VII. Graec. III.
- VIII. Drum o JEsu, du alleine etc.

Hor. II.

- I. Herzallerliebster GOtt,
- II. Theol. III.
- III. Graec. II.
- IV. Hebr. I. et II.
- V. Graec. I.
- VI. Histor. I.
- VII. Mein Herz sey GOttes Lobethal.



Pon Yd 5392, QK
(1/3)

ULB Halle
002 698 501

3




Sl

✓D18







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow
Magenta Red Orange White
Black Light Gray Very Light Gray
Solid Black

BILIA
M
IVITATIS
ERE

RATIONEM
AL.

SSIMOS

SIMOS

TORES

NOS

RES

COCHMAN

EDEMANIANIS.

1

Yd
5392